

*36. Instrumentum venditionis di Perrone
de Franco in favore di Giuliano de
Raymundo e Raimondo de Raymundo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*36. Instrumentum venditionis di Perrone
de Franco in favore di Giuliano de
Raymundo e Raimondo de Raymundo*

1332-05-31

(c. 322v) Anno dominice incarnationis millesimo tricentesimo tricesimo secundo, regnante domino nostro Roberto Dei gratia Hierusalem et Sicilie rege, ducatus Apulie et «et principatus Capue», Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comite, regnorum vero eius anno vicesimo quarto feliciter amen, die ultimo madii, quarte decime inditionis, apud (c. 323r) Potentie terram.

1

2

Nos Robertus de Madio iudex civitatis Potentie, Nicolaus Strambus publicus eiusdem civitatis notariuset testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto publico notumfacimus et testamur quod Perronus de Franco de Potentia, in nostri presentia constitutus, vendidit et per fustis traditionem assignavit Iuliano de Raymundo et Raymundo de Raymundo de Potentia, presentibus et pro se et eorum heredibus recipientibus, quasdam terras quas habet pro indiviso cum maiori ecclesia Potentina, sitas in tenimento Potentie, in contrata Fontis de Spina, quarum hos dixit esse confines: ab una parte tenet Bernardus de Madio, ab alia parte tenet eadem vero ecclesia Potentina, ab altera parte tenet pons et manchia et si qui alii sunt confines; has autem terras, prescriptis finibus circumdatas, una cum omnibus aggressionibus «sic» et ingressionibus suis, pertinentibus eisdem Iuliano et Raymundo vendidit, ut dittum est, pro pretio unciarum auri trium ponderis generalis, quod quidem pretium idem venditor ab eisdem Iuliano et Raymundo presentialiter et manualiter

A quinte

A apud Potenciam

recepit et habuit, totum videlicet pretium venditionis ipsius. Quapropter idem venditor dedit // (c. 323v) et tradidit tam eisdem Iuliano et Raymundo quam eorum heredibus, liberam et omnimodam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi, nec non et quocumque modo voluerint alienandi terras predittas, promittens per se suosque heredes <dictis> Raymundo et Iuliano, pro se et suis heredibus stipulantibus, litem vel controversiam de dittis terris ullo tempore non inferre nec inferenti consentire, sed dittas terras tam in proprietate quam in possessione eis et suis heredibus ab omni homine legitime defendere, autorizare et disbrigare et predittam venditionem et omnia et singula suprascripta perpetuo firma et rata habere et tenere et non contrafacere vel venire, per se vel alium, aliqua causa vel ingenio, de iure vel de facto, sub pena unciarum auri duarum, medietate curie si secus inde fuerit applicanda et reliquam medietatem ipsis Iuliano et Raymundo vel eorum heredibus me preditto notario pro parte ipsius curie et dittis Iuliano et Raymundo pro se et eorum heredibus penam ipsam legitime <et sollepniter> stipulantibus; et pena soluta vel non, preditta omnia et singula in suo robore perseverent. Pro quibus omnibus et singulis observandis, predittus venditor eisdem // (c. 234r) Iuliano et Raymundo ad santa Dei evangelia tatta corporaliter iuravit.

3

4

A Girardus

A tercia

5

6

7

Et taliter ego qui supra notarius hoc instrumentum scripsi
quia predittis rogatus interfui et meo solito signo signavi;
quod autem legitur in prima linea ubi legitur «Roberto»,
abrasum est per me predittum notarium non vitio, sed
errore, pro authentico habeatur. Quod scripsi ut supra.
(SN) † Ego Robertus de Madio iudex civitatis Potentie
qui supra † Ego Gabriel de notario Andrea interfui † Ego
Rogerius Fellotus interfui † Ego Matheus de Pluybella
interfui † Ego Angelus de Gaudiano interfui

8

A secunda

A Petrus Mariosa piuttosto che pons et manchia

A idem Perronus

A Follecta